

Kreis  
Büren.  
S.5

1259.

[11]

Edelherr Symon von der Lippe verkauft dem Kloster Clarholz die Vogtei über den Isinchof bei Beckum.

Nos Symon, nobilis de Lippia dominus, omnibus presentia visuris notum facimus et tenore presentium protestamur, quod nos de consensu ac voluntate uxoris nostre ac aliorum heredum advocaciam curtis nostre dicte Isinchof, site apud Bekehem, claustro in Clarholte vendidimus pro quinquaginta m(arcis) denariorum, quas nobis totaliter persolverunt. In eius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini MCC<sup>o</sup>LIX<sup>o</sup>III<sup>o</sup>¹). Presentes huius facti Johannes de Linge, H. et Bernardus de Beveren fratres milites, Lubertus et Conradus de Avenstroth fratres, Hinricus Scole, Ec(bertus) et Adolfus de Batenhorst fratres, Levoldus de Sinckenberg castellani nostri et famuli, Stephanus noster notarius et alii quam plures fide digni.

Abfchrift im Kopian mit Überschrift: De libertate advocacie curie in Isinchof.